



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VII. Provincialis jura, & obligationes erga dimittendos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

Coadjutores
parce admitten-
di.

l P. I. C. 2. §. 2.
& A. & P. 3. C.
2. §. 7. & H. &
P. 4. C. 3. §. 2.
& C. 10. §. 6. 7.
& H. & C. 1.
D. 103. & R.
PROV. 39. & In.
6. §. 4.

Quas possit di-
mittere.

m P. 2. C. I. C.
& R. 40. 41. &
43.

Monendus Ge-
neralis de di-
missis, & dimit-
tendis.

n R. 40. 41.
Servanda in di-
missione.

5. Coadjutores temporales non plures
admittendi, quam necessitas eorum mini-
sterii postulat.

SECTIO VII.

Provincialis iura, & obligationes erga
dimitteudos.

1. **F**acultatem habet dimittendi eos,
qui in prima, & secunda probatio-
ne, ante, & post emissa vota Devotionis
versantur; nisi à Præposito Generali in il-
lius Provinciam destinati, aut de Societa-
te ipsa tam benè meriti essent, ut eorum
particularis ratio habenda videretur: exci-
piuntur tamen graves, & urgentes casus;
in quibus etiam tantummodò poterit di-
mittere Scholasticos approbatos, & Coad-
jutores non formatos; at formatos, &
Professos nunquam; nisi fortè in locis re-
motissimis id concedendum judicasset Ge-
neralis. m

2. Si qui tamen horum exceptorum di-
missus est, Generalis admonendus; cui
etiam tempestivè referendum de iis, qui
parum idonei Societati deprehenduntur. n

3. In dimittendo præmittat consulta-
tionem, & tentet alia remedia ante hoc

ex-

extremum : o observetque Constitutiones Par. 2. Cap. 3. aliaque relata superius P. 4. C. 7. P

o R. 42.

pR. 44. 45. 46.

SECTIO VIII.

Provincialis jura, & obligationes circa literarum studia.

1. Provincialis est omni studio curare, ut in hoc Societatis Ministerio, quod unum est ex primariis, nihil prætermittatur ex iis, quæ in 4. Part. Constit. Regulis, & Ratione studiorum habentur.

Litterarum studia Provinciali commendantur.

q R. Prov. 48. & St. 1. & 38. & In. 21. §. 2.

2. Sibi præcipuè commendata putet, quæ in Magistrorum Regulis ad pietatem, & doctrinam Christianam faciunt. Libros bonis moribus noxios procul arceat; Confessarios plures pro externis Scholasticis designari curet.

Et Scholasticorum pietas. rP. 4. C. 5. E. & C. 14. §. 3. & St. R. Prov. 31. & 34. & 40.

3. Ipsius prudentiæ relinquitur suis Nostros studiis literarum addicere, ac ab iisdem removere. Constituet idoneos, & eruditos Professores, pro ratione loci: nullum verò Lectorem adjiciet inconsulto Generali. Sacræ Scripturæ explicandæ

Scholasticos in classes dividat. Professores idoneos constituat, ac dirigat.

s P. 4. C. 5. §. 2. & c. & c. 9. §. 3. & c. 13.

G g 2 vi

§. 4. & E. & R. 49. 50. 51. 52. & Reg. Rect. 37.

† P. 4. C. 6. §. 6. & c. 12. & 13. & R. Prov. 47. & St. 2.